



## PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 1004/17/I

### DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, attentis precibus nuper allatis a P. Luca Torcal, Procuratore Generali Ordinis Cisterciensis, una cum P. Ioanne a Cruce Le Van Doan, Abbe Praeside Congregationis Cisterciensis Sancte Familiae in Vietnamia, Exc.mo Episcopo Dalatensi enixe favente, in iubilaeo Nostrae Dominae de Annamia, de caelestibus Ecclesiae thesauris benigne concedit *plenariam Indulgentiam*, suetis sub conditionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis) a christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsionis, a die XII Augusti MMXVII usque ad diem XI Octobris MMXVIII lucrandam, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, si Cistercienses ecclesias, intra fines Dalatensis Dioeceseos, in forma peregrinationis inviserint et ibi iubilaribus ritibus devote interfuerint vel saltem per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Symbolo Fidei invocationibusque Beatissimae Virginis Mariae.

Senes, infirmi, omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter *plenariam* consequi poterunt *Indulgentiam*, concepta detestatione cuiusque peccati, et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si iubilaribus celebrationibus se spiritualiter adiunixerint, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordi Deo oblatis.

Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilior pro pastorali caritate evadat, haec Paenitentiaria enixe rogit ut Patres Cistercienses, prompto et generoso animo, celebrationi Paenitentiae sese praebant.

Praesenti pro hac vice tantum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die IV mensis Iulii, anno Domini MMXVII.

*maurus Card. Piacenza*

MAURUS Card. PIACENZA  
Paenitentiarius Maior

*Christophorus Nykiel*

CHRISTOPHORUS NYKIEL  
Regens